

sit summabilis. Ad cundem modum si formulæ oblateæ Denominatoris factores excerptantur ex tribus Progressionibus Arithmeticis, invenientur duæ æquationes quibus definiuntur relationes coefficientium Numeratoris, ut sit Series summabilis. Si quatuor sint Progressiones Arithmeticæ, Coefficientium relatio definitur per tres æquationes. Et sic porrò. Et in hujusmodi formulis ut sint Series summabiles, hæc insuper observanda sunt, Primò ut Numeratorum dimensiones sint ad minimum binario pauciores quam sunt dimensiones Denominatorum, Deinde ut ex singulis Progressionibus Arithmeticis excerptantur ad minimum duo factores Denominatoris. Denique, quod si sint duo vel plures factores Denominatoris inter se æquales, ponendum sit tot etiam Progressiones Arithmeticæ, ex quibus excerptantur, esse inter se æquales. Præmissis attentius persensis, hæc obvia erunt. Ad hoc vero Corollarium facile revocantur D. de Monmort Propositiones 3^{ta} & 4^{ta}.

F I N I S.

E R R A T U M in N°. 352.

P Age 586, after the end of line 15, add *black Cloud, from behind which there issued a.*

L O N D O N:

Printed by W. and J. INNYS, Printers to the Royal Society, at the *Princes-Arms* in St. Paul's Church-Yard, 1717.

